

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio ag
cum fonte primo

Tollerabilius Deo est ut infirmitate quis
atque ignorancia cum humilitate iaceat
quam cum elacione alta comprehendat.

Quod tamen et ex typo sanctae Ecclesiae
nil obstat intellegi, quae cum de infirmis
suis ab haeticorum irrisione
reprehenditur, ipsam irrisionis eorum
astutiam dedignatur; quia
tollerabilius Deo est ut in infirmitate quis
atque ignorantia cum humilitate iaceat,
quam cum elatione alta comprehendat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 17,
11 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.860,
ll.29-34).

Quanto quisque hic altius erigitur, tanto
curis grauioribus oneratur; eisque ipsis
populis mente et cogitatione supponitur
quibus preponitur dignitate.

Nam
quanto quisque hic altius erigitur, tanto
curis grauioribus oneratur; eisque ipsis
populis mente et cogitatione supponitur,
quibus superponitur dignitate.

Gregorius super Ezechielem.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 17,
21 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.869,
ll.24-27).